



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

65. In sublimi Sedis &c. Jubileum Universale ad denuo implorandam
Divinam opem pro pace inter Principes Christianos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

vincia, exemptiones & praerogative indulgentiae non adim pletis requisitis propriis, & non per equipollens.

Præservantur concessionem Apostolicam cum sufficienti derogatione Constitutionis factæ. Innocentii.

Decreta roborantur cum clausula sublatâ, & decreto irritantur.

Præcipitur Provincialibus, & Vicariis Congregationum quarumvis dicti Ordinis ubique existentibus in virtute Sanctæ Obedientiae, ac sub privationis Officiorum per eos obtentorum, perpetuæque ad illa, & alia quælibet impofterum obtinenda inhabilitatis poenis, ut ipsas præfatas Litteras in suis quique Provinciis, & Congregationibus respectivè quamprimum executioni demandari, ac inviolabiliter observari, illasque in proximè celebrando Capitulo dictarum Provinciarum, & Congregationum, toto earundem præsentium tenore in Actis Capituli huiusmodi ad perpetuam rei memoriam relato, solemni publicari curent, & faciant.

Derogationes.

aliæque cuiusvis generis exemptionem, aut prærogativam loci Baccalaureorum, & vocis in Capitulis Provincialibus concessam iis Fratribus, qui realiter, & cum effectu, non autem per equipollens, laudabiliter non exercuerint, atque compleverint illa Officia, & non supportaverint omnia illa onera, quæ juxta præscriptum Constitutionum, & Capitulum Generalium prædictorum ad obtinendos gradus, Officia, & exemptiones huiusmodi necessarid præcedere debent, sive demum per alia Indulta, & gratias id ipsum importancia contra prædictarum Innocentii Prædecessoris litterarum formam, & dispositionem hæcenus quomodolibet forsan acta, gesta, seu attentata fuerunt, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore earundem tenore præsentium declaramus.

§. 4. Et nihilominus ad maiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis haberi debere decernimus, & pariter declaramus; sine ullo tamen præiudicio illorum Fratrum, qui dictarum Innocentii Prædecessoris Litterarum mentione facta, earumque derogatione legitime obtenta, Sedis præfate autoritate promoti, seu exempti, quomodolibet reperiuntur.

§. 5. Decernentes pariter eadem præfatas, & præinsertas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconculsè observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, reargui, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo unquam posse; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales, & Legatos, nec non Nuncios, & alios præfatos nunc, & pro tempore existentes; Sublatâ pariter eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, Ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Mandantes propterea dilectis filiis Prioribus Provincialibus Provinciarum, nec non Vicariis Congregationum quarumvis dicti Ordinis ubique existentibus in virtute Sanctæ Obedientiae, ac sub privationis Officiorum per eos obtentorum, perpetuæque ad illa, & alia quælibet impofterum obtinenda inhabilitatis poenis, ut ipsas præfatas Litteras in suis quique Provinciis, & Congregationibus respectivè quamprimum executioni demandari, ac inviolabiliter observari, illasque in proximè celebrando Capitulo dictarum Provinciarum, & Congregationum, toto earundem præsentium tenore in Actis Capituli huiusmodi ad perpetuam rei memoriam relato, solemni publicari curent, & faciant.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsto non tollendo, aliisque Con-

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1695. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

J. Franciscus Card. Albanus

Jubileum Universale ad denuò implorandam Divinam opem pro pace inter Principes Christianos.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Universis Christianis præfatis Litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam benedictionem.

IN sublimi Sedis Apostolicæ fastigio, meritis licet imparibus, ab æterno Pastore collocati, dum gravissimas credidi Nobis gregis calamitates paternæ charitatis studio contemplamur, ac totam ferè Europam pertinacioribus in dies bellorum motibus agitatam attentè consideramus, quod sub ipso ineuntis Pontificatus Nostri limine verebatur, actuofo jam experimento cognoscimus, & quantum in Domino licet, ingemiscimus, venisse scilicet Nos in altitudinem maris, in quo ne tempestas demergat Nos, efficere sola potest Omnipotentis Dei dextera, cui mare, & venti obedire non detrectant. Quod proinde aliis indicis publicè per universum Christianum Orbem percipibus à Patre Misericordiarum supplici, devotaque humilitate flagitavimus, ut Christianos Principes alienissimo Republicæ tempore inter se decertantes ad pristinam concordiam revocare, eorumque consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam contra communem illius Hostem sociare dignaretur, id nunc potissimum cum nefarius Turcarum Tyrannus diuturnis illorum discordiis illectus vires, atque animos sumit, ditionesque Christianas claudibus involvere meditatur, ferventiori cordis affectu faciendum censemus. Licet enim pro nostri Pastoralis officii debito, memores illius Nos vices gerere in terris, qui nascens ex Virgine per Cœlicos Cives pacem hominibus bonæ voluntatis annuntiavit, & resurgens à mortuis, ac ascensus in Cœlum pacem itidem reliquit Discipulis, ut & ipsi ejus imitantes exemplum pacem aliis edicerent, labia nostra hæcenus non prohibuerimus, ac Catholicos Principes, ut vocem sanguinis, qui effusus est tamquam aqua in circuitu Hierusalem ad eos de terra clamantem audirent, plurius instantes, Nec sanè inter tot rerum, ac temporum difficultates animo deficientes, etiam in posterum pro eo, quo tenemur, publicæ quietis desiderio tam salutare rei Christianæ opus omni animi contentione, studio, atque opera urgere, ac promovere firmiter proposuerimus, animamque nostram, si ita res tulerit, pro ovibus curæ nostræ commissis. Evangelici Pastoris exemplo ponere parati sumus, Nihilominus, quia probè scimus nihil profectò esse, quod sibi humana sapientia, atque industria vendicare possit, nisi Cœlestis gratiæ ope adjuvetur, ad eum, qui dives est in misericordia, concordibus Christianis precationibus impensis denuò confugere constitimus, sperantes, quod non

Fides Translun prorum.

Dat. 22. Septembr. 1695. P. A. 5.

LXV.

Exordium à consideratione totius Europæ bellis afflictæ, cui sola Dei misericordia opem ferre potest.

Narrat ad componendos Principes Christianos contra Turcas alios indicis jubileum Universale, & pluries pro Pace loquuntur, & in posterum non defuturum

Absque ope celestis gratiæ nihil ex se potest humana sapientia.

conclu-

concludet Dominus in gladio populum suum, nec hereditatem suam spernet, sed gentibus longo bello fessis dabit tandem illam, quam Mundus dare non potest, pacem. Ne tamen exprobari Nobis audiamus propheticum illud, Percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, Lacrymis, elemosynis, aliisque piis operibus Divinam indignationem placare studeamus, ut clementissimus Dominus, & Deus Noster, qui facit pacem in sublimibus, & Reges in thronis collocat, Orthodoxorum Principum animos, sublati dissidiis, arcto, atque indissolubili charitatis vinculo conjungat, nostrosque labores, & curas, ac spem, quam in ejus ineffabili bonitate reponimus, optata demum cumulet lætitia tranquillitatis.

Ideò iterum indicit Juileum Universale, & præscribit adimplenda in Urbe

§. 1. Quæ, ut fructuosius, majorique spiritus ardore peragantur, ex præfco Romanæ Ecclesiæ omnium Matris, & Magistræ more, Cœlestium gratiarum Thesaurus, quorum dispensationem fidei nostræ commisit Divina dignatio, in præsentibus aperire, & larga manu erogare decrevimus. Itaque de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, Universis, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus in Alma Urbe Nostra degentibus, qui solemnibus Processionibus, quàm feriâ quartâ proximæ Hebdomadæ, quæ erit secunda Adventus ab Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis ad Basilicam ejusdem Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatam, de eadem Urbe, una cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatibus quoque, & Officialibus ejusdem Curie, universoque Clero, & Populo, benedicente Domino, agemus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximè subsequenti Hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quartâ, & sextâ feriâ, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter fumperint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint:

Adimplenda extra Urbem.

§. 2. Cæteris verò extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis Locorum, vel eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos qui ibi curam Animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursurarum saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quartâ, & sextâ feriâ, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communionem recepti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

§. 3. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, superscriptis peractis, & visitatâ Ecclesiâ Cathedrali, vel Majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in Claustribus perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam Laicis, quàm Ecclesiasticis secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à Locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere quæ ipsi penitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 4. Insuper omnibus, & singulis Christianis delibus utriusque sexus tam Laicis, quàm Ecclesiasticis secularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe præfata, quàm extra eam ubicumque locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam seculari, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflicis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in Litteris die Coenæ Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque Nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia, pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in superscriptis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque eisdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 5. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientie districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum præsentium Litterarum transumpta, aut exempla, etiam imprella, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicari faciant, Ecclesiasque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 6. Non intendimus autem per præsentis super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentis iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Præfato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum dua-

ANavigantibus, & aliis impeditis.

Ecclesias eligendi Confessarium.

Confessarii possunt absolvere referentis Sanctæ Sedis, & Ordinariis.

Commutare vota exceptis Religionis, & Castitatis.

Mandatum Universis Prælatibus de Jubilæo publicando.

Vigore Jubilæi non intendit dispensare super irregularitatibus.

Neque suffragari publicè excommunicatis.

rum

Derogatio
nes.

rum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessionibus, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regulam nostram de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutum regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro sufficienter servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Fides
Transumptorum.

§. 8. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut eorumdem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Decembris 1695. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. 3. Decem. 1695.
P. A. 5.Publicatio
in Urbe.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione tertiâ, die verò tertiâ Mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini INNOCENTII Divinâ Providentiæ Pape XII. Anno Quinto: Supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Ecclesiæ Sancti Johannis Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joannem Grecum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Pape Cursores.

Pro D. Magistro Curforum Joannes
Baptista de Comitibus.

LXVI.

De Ordine

SS. D. N. INNOCENTIUS PAPA XII.

Exprimen-
da à peren-
tibus pro-
videri de
Beneficiis
Ecclesiasti-
cis.

PRæcipitur omnibus, & singulis concurrentibus ad quævis Beneficia quomodolibet vacantia, quod in supplicibus libellis teneantur omnino, & obligati existant exprimere eorum ætatem, annos præsentis personalis in Romana Curia, Beneficia per eos obventa, seu in quibus, vel ad quæ Jus habent, & verum annum valorem, necnon resignata, ac etiam locum eorum ordinariæ habitationis, & Provisis cum decreto recedendi, qui intra tres menses proximos non paruerint dicto decreto, Beneficia sic obventa, post dictum termi-

num censeantur eo ipso vacare, ita ut de illis per Sedem Apostolicam irremissibiliter aliis personis habilibus, & idoneis providebitur, & aliquo in præmissis ut supra deficiente, gratia cuiusvis Beneficii sic impetrata nullatenus sibi suffragetur, & nulla sit. Hac die 8. Augusti 1691.

B. Card. Prodaturus

NOTIFICAZIONE.

LA Santità di Nostro Signore fa sapere, come Lunedì prossimo 19. del corrente mese di Novembre 1691. darà pubblica udiencia, nella quale ammetterà, & ascolterà benignamente tutti, intendendo di darla ancora in tutti li Lunedì successive, quando non venghino impediti dal Conclistoro, & altra Funzione.

Editto circa l'Habito, e Tonsura de'Chierici, e Sacerdoti.

GASPAR Tir. S. Mariæ Transyberim S. R. E. Presbyter Card. de Carpinea Sanctissimi D. N. Pape Vicarius Generalis &c.

Volendo la Santità di Nostro Signore, che omninamente, & con ogni puntualità si osservi, & si dia esecuzione alla disposizione de Sacri Canon, e degli Editto altre volte publicati, tanto circa la decenza dell'Habito, quanto circa la Tonsura Ecclesiastica, con cui li Sacerdoti, e li promossi agli Ordini Sacri, e li Chierici di prima Tonsura, che tengono Beneficii Ecclesiastici di qualunque sorte etiamdio semplici, & che servono con salarii in Chiese, devono secondo la disposizione de' medesimi Sacri Canoni incedere, e molto maggiormente comparire à gli Altari per celebrare, & fare altre funzioni Ecclesiastiche, come anco circa la modestia, e decenza di prepararsi in tempo, e luogo, che devono celebrare; Col presente publico Editto di ordine, & commissione speciale della Santità Sua si rinnova particolarmente l'Editto della san. mem. di Clemente IX. publicato li 29. Giugno 1667., e l'altro della san. mem. d'Innocenzo. XI. publicato li 10. Ottobre 1681. Et à quelli inherendo, e rispettivamente ampliandoli, si ordina, e commanda, che nessun Sacerdote, & Ordinato in Sacris, & Chierico come sopra possa andare per Roma della levanta del Sole fino à mezz' hora di notte vestito con habito, e veste curta, mà debba incedere con habito lungo fino al collo del piede, detto vulgarmente habito Talare, e debba portare la Chierica, e Corona, & sia Tonsura Chiericale della grandezza conveniente all'Ordine, e grado di ciascheduno, la quale non sia di minor grandezza d'un testone, e sia totalmente apparente, e così spesso rinovata, che si possa ben vedere.

§. 2. Si ordina parimente, e commanda, che nessun Sacerdote, & Ordinato in Sacris, & Chierico ancor di prima Tonsura come sopra porta Zazzara, & Capigliatura, e molto meno Capelli, e Zazzara finta, chiamata vulgarmente Perucca, che copra la fronte, e l'orecchie.

§. 3. Sotto pena in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredirà della Carcere, e di scudi dieci d'applicarsi ad Opere, a Luoghi Pii in conformità del solito.

§. 4. Et oltre l'incorso delle dette pene possono esser certi quelli, che contraverranno, che il difetto della debita Tonsura, & habito Talare, & accomodatura modesta de' capelli porterà ad essi, e ciaschedun di loro il totale impedimento alle pretenzioni di qualsivoglia impiego Ecclesiastico.

LXVII.

Audientia
publica
præstanda
notificatur

LXVIII.

Ut Clerici,
& Presbyteri
incedant in
habitu, &
tonsura.Quinam
Clerici
comprehendanturEdicta Antecessorū
indicanturAb ortu Solis ulque
ad mediam
noctis horam
incedendum in
habitu talari.Tonsura,
seu corona
cuique Ordini
conveniens.Coma non
cooperiat
frontem
neque aureas.Poena adversus
contraventores.Contravento
impedit
consecrationem
munerum
Ecclesiasticorum.

S. S. Si